



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

4. Honoratorum pericula & status.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

326 Cap. XXVIII. Cur saepe tam bonis, quam malis honores non dentur
sentes, quam Deo? Quibus tantum plumbi ad alas est appensum,
non possunt de profundis in altum euolare.

IV.

Thom. Cant.
tipr. lib. 1.
Apum. c. 20.
§. 8. & 9.

Hæc talia dicta credibilem faciunt tremendam illam historiam,
quam idem supra dictus author his verbis enarrat. Sed & illud sol-
lemne miraculum ad terrorem omnium pralatorum enarrabo. Clericus
quidam in Synodo Episcoporum predicare compulsus, angustiabatur non
modicum, quidnam digne posset coram tot pralatis Ecclesia predicare.
At ubi accessurus in oratione iaceret, venit ad eum diabolus, & dixit ei,
Quid angustiarius istis clericis predicare: Dicis eis istud, & non aliud:
Principes infernalium tenebrarum, principes Ecclesia saluant. Latè
omnes nos gratias eidem referimus, quia cum ipsis, eorum nobis affe-
runtur subditi, & per eorum negligentiam ad nos deuoluitur totus
pariter serè mundus. Inuitus quidem tibi dico, quod dico, sed Atisti-
mi iussione coactus. Respondit Clericus: Mihi quidem, si hac euertit-
tero, non credent. Tunc diabolus tangens maxillam eius: Ecce, ait, si-
gnum, nigredo insolita faciei. Hanc antequam predices, non contin-
gas, quia frustra: post predicationem verò aqua benedicta delebit. Pre-
sesit ergo Clericus in Synodo predicaturus: & admirantibus cunctis in
sono indito faciei, tantum illa, qua sibi inssa sunt, indicans, & ad ter-
rorem maximum cunctorum corda peruenit. Hac anno ab incarna-
tione Domini M. CC. XLVIII. fuerunt Parisijs coram omni clero & po-
pulo solemniter recitata. Quam vera sint ista, statim procul dubio de-
monstrat Ecclesia: qui nullam superbiam, auaritia, luxuria, in clericis
& pralatis recipit comparationem. Vidi moderatores orbis & Reges ma-
gnos, vidi Duces, & Comites. Barones; nihil tamen vidi in eorum cul-
tu vestium tam singulariter exquisitum. Eorum auaritiam si attendas:
nulla mercatorum, nulla ciuium talis. Qui tamen heredes legitimos si
haberent, tolerabilior insania videretur. De luxuria verò eorum nil
desinire praesumo, nisi quòd illam solus omnipotens nouerit, qui renum &
cordium scrutator est Deus. Si quis clericorum culpabilis, de dicitis
verborum dictorum conqueritur, corrigat se: & contra se prolata non
audiet. Si quis verò legentium se à reprehensio mor daciter vitij sinuat-
ris innocentem, non irascatur, non indignetur mihi, sed gaudeat, vitij
de quibus conscius non est, in consensu reprehendi. Si quis verò indignè
istà verba tulerit, notabilem se reddet in dicitis, & veritatis planissimè
detractorem. Hæc ille.

Mal. 7.

Hil